

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum homo per sua naturalia possit acquirere beatitudinem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

do se haberet ad ea, si a Deo perpetuo conservaretur, quoniam albedo illi esset in le corruptibilis, & per accidentem perpetua; beatitudo arte perfecta, de qua loquuntur, est secundum se incorruptibilis, & per se sibi vendicat permanitatem, & proprietae se habet ad perpetuatem, sicut figura coelestis. Ex secundo autem horum habes modum, quo beatitudine haec constituta immutabilis, scilicet eleuando subiectum supra mutabilitatem. Ex hoc enim quod mens humana eleuatur in eternitatis ordinem, oportet quod praeleueretur in ordinem immutabilem: quoniam eternitas immutabilitatem sequitur. Omibus autem beatitudinibus causis supra mutabilitatem existentibus, necessitatis beatitudinem ipsam immutabile esse.

a.1. & 3.

* q.3.art.2.

q.4.art.4.

q.7.10.ia

ne beatitudinis. Cum enim ipsa beatitudo sit perfectum bonum, & sufficiens, oportet quod desiderium hominis quietet, & omnem malum excludat. Naturaliter autem homo desiderat retinere bonum quod habet, & quod eius retinendi securitatem obtineat: alioquin necesse est, quod timore amittendi, vel dolore, de certitudine amissionis affligatur. Requiritur igitur ad veram beatitudinem, quod homo certa habeat opinionem, bonum, quod habet, nunquam se amissurum, quae quidem opinio si vera sit, consequens est, quod beatitudinem non quam amitteret: si autem falsa sit, hoc ipsum est quoddam malum, falsoam opinionem habere, nam falsum est malum intellectus, sicut verum est bonum ipsius, ut dicitur in Ethic. * Non igitur iam vere erit beatus, si aliquod malum ei infest.

¶ Secundum idem apparet, si consideretur ratio beatitudinis in speciali. Ostensum est enim supra, * quod perfecta beatitudo hominis in visione diuinæ essentiae consistit. Est autem impossibile, quod aliquis videns diuinam essentiam, velit eam non videre: quia omne bonum habitum quo aliquis carere vult, aut est insufficiens, & quæatur aliquid sufficientius loco eius: aut habet aliud incommunum annexum, propter quod in fastidium venit. Visio autem diuinæ essentiae replet animam omnibus bonis, cum coniungat fonti totius bonitatis: unde dicitur in Psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. & Sap. 7. dicitur. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa: cum contemplatione sapientiae. Similiter etiam non habet aliquid incommunum adiumentum: quia de contemplatione sapientiae dicitur, Sap. 8. Non habet amariudinem conuersatio illius, nec tadiu coniunctus eius. Sic ergo patet, quod propria voluntate beatus non potest beatitudinem deserere: similiter etiam non potest eam perdere Deo subtrahente: quia cum subtractio beatitudinis sit quadam pena, non potest talis subtractio a Deo iusto iudice pronenire, nisi per aliquam culpam, in qua cadere non potest, qui Dei essentia videt, cum ad hanc visionem ex necessitate sequatur restitutio voluntatis, ut supra ostensum est. * Similiter etiam nec aliquid aliud agens potest eam subtrahere, quia mens Deo coniuncta super omnia alia eleuatur, & sic ab huiusmodi coniunctione nullum aliud agens potest ipsam excludere. Unde inconveniens videtur, quod per qualidam alterna- tiones temporum transeat homo de beatitudine ad misericordiam, & econuerso: quia huiusmodi temporales alterna- tiones esse non possunt, nisi circa ea, que subiaceant tempori, & motui.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod beatitudo est perfectio consummata, quæ omnem defectum excludit a beato: & ideo absque mutabilitate adiuvit eam habenti, faciente hoc virtute diuina, quæ hominem sublevat in participationem eternitatis transcendentis omnem mutationem.

AD SECUNDUM dicendum, quod voluntas ad opposita se habet in his, quæ ad finem ordinantur: sed ad ultimum finem naturali necessitate ordina-

A tur: quod patet ex hoc, quod homo non potest non velle esse beatus.

AD TERTIUM dicendum, quod beatitudo habet principium ex conditione participantis: sed caret fine propter conditionem boni, cuius participatio facit beatum: unde ab alio est initium beatitudinis, & ab alio est, quod caret fine.

ARTICVLVS V.

Super questio quinta articulum quintum.

Vtrum homo per sua naturalia possit acquirere beatitudinem.

I N articulo quinto

defendenda estef

ratio conclusionis in

litera posita, nisi dif-

fusa tractata suiffer-

et 1. q.12. art.

4 & q.9. ar.

ubi responsum est

q.2. art. 6. Et

Scoto tam impugna

3. contra. 52.

ti in 4. dif. 49. quest.

147. 157. &

159. prin. Et

2. quare uide ibi, &c. Ro. lile. 6. fi.

* L.1. Ethic. 7.10.5.

AD QUINTVM sic procedi- tur. Vide, quod homo per sua naturalia possit beatitudinem consequi. Natura enim non deficit in necessariis: sed nihil est homini tam necessarium, quam id, quod per finem ultimum consequitur: ergo hoc naturæ humanae non deficit. Potest igitur homo per sua naturalia beatitudinem consequi.

¶ 2 Præterea. Homo, cum sit nobilior irrationalibus creaturis, videtur esse sufficientior: sed irrationalis creatura per sua naturalia possunt consequi suos fines: ergo multo magis homo per sua naturalia potest beatitudinem consequi.

¶ 3 Præterea. Beatitudo est operatio perfecta, secundum Philosophum. * Eiusdem autem est incipere rem, & perficere ipsam. Cum igitur operatio imperfecta, quæ est quasi principium in operationibus humanis, subdat naturali hominis potestati, quia suorum actuum est dominus, videtur, quod per naturalem potentiam possit pertingere ad operationem perfectam, quæ est beatitudo.

SED CONTRA. Homo est principium naturaliter actuum suorum per intellectum, & voluntatem: sed ultima beatitudo sanctis preparata excedit intellectum, & voluntatem. Dicit enim Apostolus 1. ad Corint. 2. Oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non ascendit, quæ preparauit Deus diligenteribus se: ergo homo per sua naturalia non potest beatitudinem consequi.

RESPONDEO: Dicendum, quod beatitudo imperfecta, quia in hac vita haberi potest, potest ab homine acquiri per sua naturalia eo modo, quo & virtus, in cuius operatione consistit, de quo infra dicetur: * sed beatitudo hominis perfecta, sicut supra dictum est, † consistit in visione diuinæ essentiae. Videtur autem Deum per essentiam, est supra naturam non solum hominis, sed etiam omnis creature, ut in primo ostensum est. * Naturalis enim cognitio cuiuslibet creaturæ est secundum modum substantiae eius: sicut de intelligentia dicitur in libro de causis, quod cognoscit ea, quæ sunt supra se, & ea quæ sunt infra se secundum modum substantiae: omnis autem cognitio, quæ est secundum modum substantiae creatæ, deficit à visione diuinæ essentiae, quæ in infinitum excedit omnem substantiam creatam: unde nechomo, nec aliqua creatura potest consequi beatitudinem ultimam per sua naturalia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut natura non deficit homini in necessariis, quamvis non dederit sibi arma, & regumenta, sicut aliis animalibus, quia dedit ei rationem, & manus, quibus possit hæc sibi acquirere, ita nec deficit homini in necessariis, quamvis non daret sibi aliquid principiū,

quo

Q V A E S T . V .

quo posset beatitudinem consequi. hoc enim erat impossibile: sed dedit ei liberum arbitrium, quo posse fit cōcerti ad Deum, qui eum saceret beatum. Quæ enim per amicos possumus, per nos aliqualiter possumus, ut dicitur in 3. Ethico. †

† Es 3. post
med. illius
tom.5.

* Atex. 60.
vñque ad 66.
tom.2.

A D S E C V N D U M dicendum, quod nobilioris conditionis est natura, quæ potest consequi perfectum bonum, licet indiget exteriori auxilio ad hoc consequendum, quam natura quæ non potest consequi perfectum bonum, sed consequitur quodam bonum imperfectum, licet ad consecutionem eius non indiget exteriori auxilio, ut Philosophus dicit in 2. de cælo: * Sicut melius est dispositus ad sanitatem, qui potest consequi perfectam sanitatem, licet hoc sit per auxilium medicinæ, quam qui solum potest consequi quandam imperfectam sanitatem sine medicinæ auxilio. & ideo creatura rationalis, quæ potest consequi perfectum beatitudinis bonum indigens ad hoc diuino auxilio, est perfectior quam creatura irrationalis, quæ huiusmodi bonus non est capax, sed quoddam bonum imperfectum consequitur virtute suæ naturæ.

A D T E R T I U M dicendum, quod quando imperfectum, & perfectum sunt eiusdem speciei, ab eadem virtute causari possunt: non autem hoc est necesse, si sunt alterius speciei. Non enim quicquid potest causare dispositionem materiæ, potest ultimam perfectionem conferre: imperfecta autem operatio, quæ subiacet naturali hominis potestati, non est eiusdem speciei cum operatione illa perfecta, quæ est hominis beatitudo, cum operationis species dependeat ex obiecto. unde ratio non sequitur.

A R T I C U L U S VI .

Vtrum homo consequatur beatitudinem per actionem alicuius superioris creature.

T Super Questionis quinta Articulum sextum.

I N articulo 6. 7. & 8. nihil aliud scribendum occurrit, nisi p. materia 8. arti. tractata est in 1. lib. q. 82. articu. 1. ubi soluta sunt rationes. Sco. quare nide ibi. Et hic compleat tractatus primus huius libri.

* Ter. 52. &
53. 10. 3.

† p. p. q. 22.
art. 1. ad 3.
e. g. um.

* q. 3. art. 5.

A D S E X T U M sic proceditur. Videtur, quod homo possit fieri beatus per actionem alicuius superioris creature, scilicet, angelii. Cum enim duplex ordo inueniatur in rebus, unus partium uniuersi ad inuinicem: alius totius uniuersi ad bonum, quod est extra uniuersum: primus ordo ordinatur ad secundum, sicut ad finem, ut dicitur 12. Metaphy. * Sic eti pars partium exercitus ad inuinicem, est propter ordinem totius exercitus ad ducem: sed ordo partium uniuersi ad inuinicem, attingitur secundum quod superiores creature agunt in inferiores, ut in 1. dictum est. † Beatitudo autem consistit in ordine hominis ad bonum, quod est extra uniuersum, quod est Deus. ergo per actionem superioris creature, scilicet, angelii in hominem, homo beatus efficitur.

¶ 2 Præt. Quod est in potentia tale, potest reduci in actum per id, quod est actu tale. sicut quod est potentia calidum, fit actu calidum per id, quod est actu calidum: sed homo est in potentia beatus: ergo potest fieri actu beatus per angelum, qui est actu beatus.

* q. 3. art. 5.

¶ 3 Præt. Beatitudo consistit in operatione intellectus, ut supra dictum est: * sed angelus potest illuminare intellectum hominis, ut in primo habitum est: ergo angelus potest facere hominem beatum.

S E D C O N T R A est, quod dicitur in Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus,

A R T I C . VI .

F R E S P O N . Dicendum, quod cum omnis creatura naturæ legibus sit subiecta, utpote habens limitatam virtutem, & actionem, illud quod excedit naturam creatam, non potest fieri virtute alicuius creature: & ideo si quid fieri oporteat quod sit supra naturam, hoc sit immediate à Deo: sicut suscitatio mortui, illuminatio cacci, & cetera huiusmodi. Ostensum, * art. præc.

et autem, quod beatitudo est quoddam bonum excedens naturam creatam. vnde impossibile est, quod per actionem alicuius creature coferatur: sed homo beatus fit solo Deo agente, si loquamus de beatitudine imperfecta. Si vero loquamus de beatitudine imperfecta, sic cadet ratio est de ipsa, & de virtute, in cuius actu consistit.

G A D P R I M Y M ergo dicendum, quod plerumque contingit in parentibus actiuis ordinatis, quod perdere ad ultimum finem pertinet ad supremam potentiam: inferiores vero potentia coadiuant ad consecutionem illius ultimi finis disponendo. Sicut ad artem gubernatiuam, quæ praefit nauifacit, pertinet vius nauis, propter quem nauis ipsa fit. Sic igitur in ordine uniuersi homo quidem adiuuit angelis ad consequendum ultimum finem secundum aliqua præcedentia, quibus disponit ad eius consecutionem: sed ipsum ultimum finem consequitur per ipsum primum agentem, qui est Deus.

H A D S E C U N D U M dicendum, quod quando aliqua forma actu existit in aliquo secundum esse perfectum, & naturale, potest esse principium actionis in alterum, sicut calidum per calorem calefacit: sed si forma existit in aliquo imperfecte, & non secundum esse naturale, non potest esse principium communicationis sui ad alterum: sicut intentio coloris qui est in pupilla, non potest facere album: neque etiam omnia quæ sunt illuminata, aut calefacta, possunt alia calefacere, & illuminare: sic enim illuminatio, & calefacio efficiuntur ad infinitum. Lumen autem gloriae, per quod Deus videtur, in Deo quidem est perfecte secundum esse naturale: in qualibet autem creatura est imperfecte, & secundum esse similitudinarium, uel participatum. Vnde nulla creatura beata potest communicare suam beatitudinem alteri.

I A D T E R T I U M dicendum, quod angelus beatus illuminat intellectum hominis, vel etiam inferioris angelii, quantum ad alias rationes diuinorum operum: non autem quantum ad visionem diuinæ effectivæ, ut in primo dictum est. * Ad eam enim videandam omnes immediate illuminantur a Deo.

A R T I C U L U S VII .

Vtrum requirantur ad aliqua opera bona ad hoc, quod homo beatitudinem consequatur a Deo.

A D S E P T I M U M sic proceditur. Videtur, quod non requirantur aliqua opera hominis ad hoc, ut beatitudinem consequatur a Deo. Deus enim, cum sit agens infinita virtutis, non praexigit in agendo materiam, aut dispositionem materiae, sed statim potest totum producere: sed opera hominis cum non requirantur ad beatitudinem eius, sicut causa effectiva, ut dictum est, * non possunt requiri ad eam, nisi sicut dispositiones. ergo Deus qui dispositiones non praexigit in agendo, beatitudinem fine præcedentibus operibus confert.

¶ 2 Præterea, sicut Deus est auctor beatitudinis immediate, ita & naturam immediate instituit: sed in prima institutione naturam produxit creaturas nulla dispositione

Infr. q. 6. in
traductio
Et. 1. q. 6.
art. 3. ad 1. Et
op. 3. cap.
173.

* art. præc.